



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

81. An sit credendum dicenti se habere potestatem delegatam
dispensandi? Ex quo sequitur credi posse Episcopo promoventi ad Ordines
non sibi subditum, dicenti in titulo collationis Ordinu[m] se illum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

De Dispensationibus. Resol. LXXXI. 227

tamen frequenter cum dispensatione admisceenda videntur aliqua communitate. Et ita ego olim consului possisse Summum Pontificem dispensare in voto Religionis emisso ex quadam vehementi passione licet vobis nullam aliam difficultatem pro executione haberet. Verum talem consilientem ad illud votum amplius non teneri, ego tunc probabiliter consului: quia iam ingressus fuerat Religionem, licet ablique causa iusta postea fuerit egressus: nam facta opinione probabilitorem docere tales votos non fas sic est, & teneri iterum Religionem ingredi: tamen contraria sententia est probabilis, & vi probabilitatem illam nouissime admisit Fragoso in Regim Christi. Reipubl. part. 1. lib. 1. disput. 2. num. 129. vbi sic ait. Votum Religionis intelligitur atenta forma iuris communis, quod annum probationis ad experientum concedit; & quis satisfaciens in voto, si ingrediatur animo experiendi, nouitius tempore exeat ex iusta causa. Non tamen dant, qui doceant egressum sine iusta causa, sed ex leuitate non peccare contra votum, neque reveri iterum ingredi: quia opinio est satis probabilis. Ita etiam Fragoso & Doctores, quos ego adduxi in 4. part. lib. 2. tract. 15. Vide etiam Trullench. in Decanorum tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 20. n. 5.

RESOL. LXXXI.

An si credendum dicentes se habere potestatem delegam dispensandi?

Ex quo sequitur credi posse Episcopo promouenti ad ordinis non sibi subditum, dicentes in titulo collationis Ordinum se illam promouisse ex licentia proprii Episcopi.

Eiamque inferior crediti posse litteris Summi Pontificis afferentes sibi vine vocis Oraculo confirmari est, ut dispenset in aliquo casu Pontificis refractorio. Ex part. 3. tr. 3. Ref. 30.

§.1. Respondeo quod in foro conscientiae, cuiuscumque viro timorato, ac Confessario, dicentes, sibi delegatam esse potestatem ad absolvendam, vel dispensandam, vel ad aliquid aliud, fides haberi potest. Quod experientia ipsa demonstrat; facultas enim absolviendi a reseruatis, & dispensandi, medio Confessario, solerter a penitentibus impetrari. Quod forum vero exteriorum, communis conclusio est, commissionem delegatam probandanam esse, ostendo delegationis instrumento, & alias non esse credendum eam afferentes, ut confitas ex cap. cum in iure, de officiis deleg. vbi gloss. & Canonice omnes. Ratio est, quia cum sit quid facti, non presumuntur.

2. Limitant hoc aliqui, nisi delegatus sit persona constituta in excella dignitate, ut est Legatus Cardinalis. Sic Anton. cap. ad eminentiam, num. 4. & 5. de fidei excommunicati. Panormit. in cap. quod super. num. 5. de fide instrum. Calder. cons. 2. tit. de officiis. Legat. Ioan. Monach. in cap. unico 3. de scribent. in 6. Paul. de Castro consil. 307. lib. 2. Roman. consil. 39. dub. 3. & alii, quos referit, & sequitur Gratian. reg. 290. n. unico.

3. Sed haec limitatio solidum est vera, quando non agitur de praesidio tertii, vel saltem non gravi, ut in facultate data ad absolvendum, dispensandum, &c. tunc enim creditur illi, quamvis sua delegationis litteras non ostendat; scilicet vero si agatur de notabili praesidio tertii. Sic Panormit. loco citato. Menoch. alii relatis d. presumpt. 15. num. 4. & 9. Guttier. lib. 2. quaf. Canonice. cap. 17.

in fin. Sanchez alias referens lib. 2. de mair. disp. 17. num. 18. & 19.

4. Ex his infert Sanchez lib. 8. disp. 17. num. 1. afferentes se habere potestatem dispensandi, absolvendi concedendi Indulgencias, credi posse; quia agitur de nullo, vel minimo praesidio: caute tamen haec illatio accipienda est, non enim cuiuslibet in hac parte credi debet, sed vito timorato, & in dignitate constituto, & de qua presumi non posset falsam dicere. Tum; quia esto haec potestas nullum, vel minimum praesidium ordinarii afferenti habenti illum speciale honorem, & autoritatem, ob cuius causam presumi potest tibi falso arrogare. Non ergo est credendum, nisi prober. Et ita hanc sententiam tenet Castrus Palauus tom. 1. r. 4. disp. 8. punct. 10. n. 5.

5. Sequitur etiam ex supradictis, credi Episcopo promouent ad Ordines non sibi subditum, dicenti in titulo collationis Ordinum, se promouisse ex licentia proprii Episcopi, quia agitur de modico praesidio. Et ita tenent Rebuff. in prax. benef. ii. de forma Dimissiarum, num. 36. & relato Cardinali, Menoch. de arbitr. lib. 1. quaf. 6. num. 10. Gutierrez. lib. 2. qq. Canone. cap. 27. num. penult. & Sanchez loco citato. num. 20.

6. Secundo infertur, credi litteris summi Pontificis afferentes, sibi, viuæ vocis oraculo, commissum esse, ut dispenset in aliquo casu Pontifici refractorio, quod id in nullius praesidium verget. Et ita Paulo citato, docent Cardin. Clemens ne Romani. §. Eo tamen prouiso, num. 1. de elect. Francus cap. 1. num. 4. de tempor. ordin. in 6. & ibi Dominic. §. ultimo, num. 1. Octavianus Vestr. de officiis Curiae Romane, lib. 1. cap. 2. & Sanchez disput. 17. num. 21.

RESOL. LXXXII.

An dispensatio in votis, vel aliquo alio impedimento possum fieri, inuitio eo, cum quo dispensaveris.

Etiam Superioris possunt irritare vota, & iuramenta subditorum, illis noletentibus, & inuitis, sicut potest fieri absolutione ab excommunicatione inuitis.

Ex p. 8. tract. 3. Ref. 86.

§.1. Questionem est curiosa, & negativa respondet. Et ideo licet Aragon. 2. 2. quaf. 89. artic. 9. paulo post principium & Suarez tom. 2. de Reg. tract. de voto, lib. 6. cap. 1. ad finem, Sayro in eti. Regia & lib. 5. cap. 8. num. 6. concedant, posse superiores irritare vota subditorum, illis noletentibus, & inuitis; id tamen videlicet de dispensatione loquentes negant, ex his fundamentis. Primum, quia dispensatio est actus iurisdictionis spiritualis; & est beneficium quoddam quod inuitio non conceditur, nec protest. Secundum, quia irritatio potest fieri licite, & validè sine causa: at non ita dispensatio voti, aut iuramenti; probauimus enim sapientia, nec licite, nec validè sine causa fieri posse; quare cum illa sine causa fieri posset, non pendebit talis irritatio a voluntate, vel iurantis, voluntate: pendebit autem dispensatio, cum sine causa fieri non possit. Tertio, quia dispensatio datur in favorem eius, cum quo dispensatur; ergo non debet in eius onus eo inuitio retrorsum, iuxta reg. 6. 1. Quod ob gratiam, de regulis iuris in 6. Quarto, quia eo ipso quod subditus dispensationem non accepit, videtur iterum votum emittere de novo.

2. His tamen non obstantibus, affirmatiuam sententiam tenet Sanchez in summa lib. 4. cap. 24. num. 26. in medio, vbi expresse ait, dispensationem voti